

Columna  
immemorialis,  
virtuti atque  
honori viri  
præclarissimi dn.  
mag. Simo...

Orstadius, Johannes  
Laurentii

*1 Ic Fol.*



National Library  
of Sweden



COLUMNA IMMEMORIALIS,  
Virtuti atque Honori

*VIRI Praclarissimi*

**Dn. Mag. SIMONIS PAULINI,**

Orientalium Lingvarum

in Regia Aboensi Academia  
PROFESSORIS Creati;

Anno MDCLXXXIV.

*Add. IX. Octobris*

Erecta & consecrata.

---

ABO Æ Excusa à JOHANNE Winter/ Typogr. Reg.

JOHANNES ORSTADIUS

69

1684



Non possum Fraclarissime Dn. Professor, quin propter favorem, quo me semper complecti dignatus es, animi mei adfectum gaudiumque, qualicumque hoc chartaceo indicio inprasens significem, paucisque Tibi de officio honoreque, quem jam adipisceris, gratuler, debitaque pro incolumitate Tua nuncupem vota. Quare Tibi, Fautor Optime, ex prisca illa Romanorum formula adclamo: Feliciter! Qua quidem voce vere atque ex animo precatus, ut quod hac hora capeffis munus, ante omnia Dei gloriam illustret, deinde commissa Tua fidei juvenutis salutem procuret, honestissima porro familia perennem laudem conciliet, Tuum denique Nomen decusque, celebratione nunquam intermoriturum circumferat, decantet, cumulet! Et sane Te beatum nonne predicem? quum neque magnorum de Te Virorum antehac edita iudicia, neque Tuorum pro successu saepius facta vota, neque praeterea frustra tempus in Studiis collocaveris, neque pariter omnium honorum, praesertim autem Studiosa pubis, dudum de Te conceptam spem fefelleris: qua quidem saepenumero sinceritatem tuam experta, plane singularia a tam candido animo expectat. Hec utique Principe Creatoris Veneratione, Duce Doctrina, Comite modestia, Sociâ Humanitate, stipantibusque ceteris insignibus Tuis Virtutibus, Tibi Dominus ex alto clementer indulget, tanquam indubitatum earum testimonium, ut publica auctoritate primum Te commode probatum, communique ejusdem consensu designatum, atque a Summo deinceps Magistratu confirmatum, ad hanc provinciam administrandam vocari vellet. Vigilando quippe, agendo, constanter perseverando, prospere omnia eveniunt; nec facile reperitur is, quem sua Pietas atque Industria convenientia premia non tribuerit. Ad Te proinde Amplissime Vir, quum me ultimo convertam, taceo in praesentia lubens ingenii Tui raras dotes, quibus hujus universi Conditor Te egregie instruxit: taceo itidem quos exantlasti labores, quasque diligentiam superasti difficultates, quum equidem omnes abunde Deus hac ratione jam compensavit, largiusque etiam in posterum, ut spero compensat, imo certe aeternum compensabit! Taceo demum vigilias Studiorumque illa varia incommoda, qua olim patienter tulisti, cum eorum digna nunc Te maneat merces; ne prolixus sim, vel blanditiis oculis Tuis obstrepuisse, atque adsentatiunculâ quadam mentem Tuam aucupari atque detinere videar. Quod superest, votum antea ex animo fufum denuo repeto, optans, ut hoc Virtuti Tuae collatum brabeum, Reipublica fructuosum, bonis salutare, amicis jucundum, Tibique imprimis omnibusque Tuis fortunatum, felix atque gloriosum sit; imo ratum, firmum, fixum faciat Numen Caeleste, Coronaque immarcessibili Te rite defunctum Spartâ tandem redimiat, ornet, decoret! Cujus denique cura tutelaeque paterna Te tuaque; me vero Tua fidei quam commendatissima esse cupio! Hoc itaque grati animi debitaque Officii declarandi causa posuit

JOHANNES ORSTADIUS  
Angerman.

GAUDEANT

Quotquot exoptatum hoc seculum attigerunt  
Augusto virtutis Imperio dicatum,

Exultent,

Qui sub perdifficili vexillo fideliter militarunt:

Cum ipsa

REGINA RERUM SAPIENTIA,

Ad Thronum honoris

Suos diligentia Clientes admittit;

Latentur posteri,

Dum ex eruditi ævi monumentis deprehendant,  
Hanc tot virorum Illustrium prædivitem patriam,

In tam Magnifico Virtutis flore positam,

Exemplum & Exempla

Incluta orbis saluti dare.

Inter quæ merito splendet,

Noster & universitatis præceptor,

Mag. SIMON PAULINUS,

Quem ad illustre hoc lyceum illustrandum,

Ad ornandam hanc ædem sacratissimam,

In gloriam Seculi & ornamentum literarum,

Et augmentum Juventutis

Collocavit VIRTUS.

Felices merito estis

Vos Academici Patres!

Qui tam Augustæ Reginae latera Cingitis,

Ejusq; Jura, mandata & præmia

In hoc

Tam amplo gloriae Regno,

Custoditis & dispensatis:

Felix & tu vir præclare,

Qui

Ad tam eminentem dignitatem Collocaris,

Felix qui inde à teneris ad præsens usque!

Tam clementem habuisti virtutem!

Quique ejus jura adeo sanctè servasti,

Ut

In hac solennitate,

Quam hisce indictis feriis celebramus,

Te remuneraret.

Sed ad tantam fortunæ fastigium eVectus,

Ne obliviscaris illius,

Cujus animus Tibi sua obsequia dicavit,

Qui tibi nunc & semper felicia quæque exoptat!

Qui

Qui hanc ex sincera gratitudine  
 Promeriti honoris statuam  
 Erigere voluit ;  
 Idque  
 Fausto die IX. Octobris Anni M DCLXXXIV  
 Ab  
 Orbe Redempto.



Γνώμιον ἔμικρον ἐστὶ δρόμημα ζωῆς ἀπὸ ἐν πᾶσι γενέων τῆ ἀρε-  
 τῶν, καὶ σπερδὴ τῶν μεσῶν, ἀπερὸ ἀττοπαθῶν, ὅτιος εἶναι. Οὐμὸς  
 γὰρ ἐκ παιδὸς ἠρημημένῳ, εὐχημόνων πραγμάτων καὶ ἐνοιῶν ἐν-  
 τεταμένῳ ἐστὶ ἐν τραχύσει, ἅμα καὶ αἰμύλοις ἀμαχῶν; ἐδε-  
 θέρω ἰύχη ἐαυτὸν ὑποβάλλει; ὑπερ πάντα ὑπάρχοντα καὶ συμ-  
 πλοῖα, ὑπερκύπτει, ἅ τυχᾶια μηδὲ ἀναχεφίξει μηδὲ κτῆ πτε-  
 ρει. πᾶσι ἅρα, οἱ ὑπερφέροντες ἐν ἀφελειβᾶσι τῶν μεσῶν, ἀ-  
 γασθὸν ἔχουσι καὶ κλάουσαι, μὴ καὶ κληρονομίαν ἐρχόμενον, μὴ  
 ἀπὸ ἰύχης μείεωρον, μὴ ἀπὸ τῶν σώματι εὐκατάττωτον, μὴ ἀπὸ ἡλικίας ἀλ-  
 λοπερόσιλλον ἄλλ' ἐκ ναυαρίας σὺν κήλοισι ἐκκολυμβαώμενον. Πάντα ἴαυτα  
 ἐν σοὶ ἐνδοξότατε διδάσκαλε, καθηγητῆ καὶ ἐνεργῆ εἰς αἰώνιον ἀφ' ἡμῆς παρατη-  
 ρησομένη ἀρμόττει, καὶ σπερδῆς γὰρ ἀχει τῶν δεύρο πεπάτηκας βαλῆς τῶν ἀρετῆς,  
 καὶ ἀκόλαστο ἐαυτὸ ὑπὲρξας θαυμάσιον, καὶ ἀκρεβῶς ἀπερσκολέθητο. ἐκ  
 πρώτης γὰρ ἡλιίας σπερδῶν τῶν διδασκαλιῶν χεῖρα ὀπιβέβληκας, καὶ σφόδρα  
 ἰδρόκας· νῦν πιαρῆν ἱερὸν τῶν πῆς εἰσιέναι σοὶ περὶ χεῖρόν ἐστι; καὶ ὡς λακεδαί-  
 μωνες ἐν μάχῃ καθ' ἀντιπερ, δωρῆντο τῶν ζωύρων, δακτυλιῶν, ψαλλίων, κήλ.  
 ἀλέξανδρο τῶν καλῶν καὶ ἰχυρῶν περραγμένων ἔνεκα, ὡς ἱεμμημένῳ ἐστὶν ἵνα  
 μέγας ἐπαγγέλληται. ἔτωσ καὶ σοὶ ὑπερ ἀπέραντων φυλακῶν σαυτῶν, ἀγρο-  
 πῶν νυκτῶν, ἰδρωτῶν, καὶ μερῶν μύχθων, ὀφειλομένη ἐγείρηται πηρ, καὶ ἐν-  
 δαιμωνίσεις ἀφελ λαμπερῶ. τὴν ἔνεκα ἀφικαίμαι μέγισα χάρματῶ, ἀ-  
 γνοέω τὰ ῥήματα, ποιῶν, περπῆν, τὴν χάρην ἀπὸ μορξω. Τοίγαρ, ἐνδοξότατε δι-  
 δάσκαλε, σπηδόμαί σοὶ τῶν τύχης συναγωνιζομένης, καὶ τὰς πῆας, ἐξ ὅλης τῆ ψυ-  
 χῆς, εὐχὰς ποιῆμαι, καὶ τῶ θεῶ προσκυνέω, ὡσερ λειτουργία, ἀπὸ βασιλικῆς  
 μεγαλειότητῶ, ἐπαινεθεῖσαι, σοὶ εἰς πῆας, ἔργου ποιήσεις καὶ ἀφραχευάσεις,  
 ἔτη, εἰς δόξαν τῶ θεῶ, ἐπαύξῃσιν τῶν μεσῶν, ὡς καὶ εἰς ἴδιον κόσμημα, καὶ πλευ-  
 τᾶιον, ἵνα ἀπὸ λάνης αἰῶν ἁαρμοσύνες. Τῶτο ἐκ καρδίας ἐπέυχηται.

Ἐδοξότατε τῶ διδασκάλῃ πελάτης  
**ERICUS BRUNNIUS**  
 Angerman.

